lior et ex qua pendere debeat poſterioris cognitio. Atqui
ſi infinite eſſent cū primū et vltimū non darent̃: neq; mediū
itidẽ neq; priores et poſteriores atq; deincipes. tertio quia
ſi in infinitū ꝓdirent: rerū ſcientia tolleret̃. nam res ipſas ↄ
templando: forme per quas cõſtarent ſciri non poſſẽt. Nam
infinite eẽnt. infinita autẽ hoc pacto tranſigere intelligentẽ
ĩpoſſibile ẽ. quare neq; res ipe cõpoſite ſcient̃. The. ꝓbe nã
totū ſuis ignõtis partib⁹ cognoſci nõ poteſt: ſed tūc ipm co
gnoſcim⁹ quando ex quot et qualib⁹ cõpoſitū ſit cognoſci-
mus. Et ſi rõnes ipſas reſpicim⁹? Me. itidez tollit̃ ſcientia:
nam ſcire impoſſibile eſt nūq̃ȝ ad indiuiduas ſpecies venire
potentẽ. at ſi hmõi rõnes forme in infinitū ꝓdirent nūq̃ȝ ad
indiuiduas ſpecies decumberetur. nam in infinito vltimū:
locum non habet. ſi autem vlle darent̃: eſſent vltime. Tol-
7 leretur igit̃ itidẽ ſcientia. ¶ Et efficientes cauſas infinituȝ
ſcðm directum ꝓgreſſū non ſuſtinere pene cõſimilib⁹ conſta
re poteſt rationib⁹. Iteȝ et hac: ſi ſūt cauſe efficiẽtes medie:
et poſtremas eſſe neceſſe eſt. At efficientium cauſaꝝ ſūt me
die vt que ſit ab aliis et a qb⁹ alie ſint: ſūt igit̃ extreme. nõ eni
aliqua mediarū extrema eſſe poteſt. The. quid hoc? Me. nã
eſſet ab alia ſupiorīq; efficiẽte: que ideo potius/valẽtioreq;
iure extrema et ſuprema dici mereret̃. Qȝ ſi datur ṗma: ĩ ip
ſis non euadit̃ in infinitū. itidem ſi datur vltia. The. idubie
nam ſi eſſent infinite: oĩs medie eſſent ſi medias vocare li-
ceret (vt tu) que ab aliis efficientib⁹ ſūt et a quibus alie effi
8 cientes ortū ſumũt. ¶ Sed quõ tamẽ O neania ſi temporuȝ
ſempitern⁹ ordo infinitaq; ꝓceſſerit ſeries vt plane ſenſiſ-
ſet Ariſtoteles: efficiẽtes cauſe ſecundū rectitudinẽ nõ exe-
ant infinite? nam tu ab homophrone genit⁹ es. Me. ſū. The
homophrõ aūt a tuo auo/auus ab abauo/q̇ iteꝝ ab atauo/et
atauus a tritauo: et ita ſine ſtatu vllo ꝓceditur: vt nunq̃ȝ ſit
dabile efficiẽs primū aquo tu ipſe ꝓceſſeris. Me. verū ais.
O theoretice. attñ ꝓpter hoc efficientes cauſe non ꝓdeãt re

ita eſt.fores ſcientiarumq3 value: ꝓloquia/dignitateſq3 ſūt (q̄
hic tota nūcupamus)et que talia ſunt vt ea vnuſquiſq3 cō=
probet audita:quibus neq3 reniti neq3 mente diſſētire que
at.Et ea in diſciplinis capere facillimū eſt. Contra vero q̄
ex ipſis pendent et que hic partium noīe cenſemus:cogno=
ſcere difficile.et q̄to a principiorū luce diſtantiora ſunt:tā=
to captu/cognituq3 impuiora.et certe veritas videtur ad no
ſtrum ita ſeſe habere intellectū vt illuſtre ſolis iubar ad o=
culum:cui⁹ eximiā claritatē nūq̄ perfecte et digne ſatis no
ſter apprehendere valet oculus.Null⁹ etiā oculus tanti iu= 12
baris expers oīno euadit. ¶Cedo inſuper a quo entia ſuā
veritatem ſumāt? Ne.a maximevero.nam in vni uocis vnū
quodq3 maxīe omniū tale dicit̃:quod aliis vt talia ſint cau=
ſa exiſtit.vt ignis maxime calidus exiſtit:qui ceteris ſenſi=
bilibus vt calida ſint cauſa eſſe dignorat̃:ita maxime vera
ſunt que aliis vt vera ſint cauſa exiſtunt. Et maxime oīum
id verū eſt:quod oīm verorum vt vera ſint cauſa eſt.oīa itaq3
entia a maxime vero ſuā veritatem ſumūt. The. et id recte
quidem ſi enī in vniuocis cōformis/aſſimiliſq3 nature: om=
nia a maxime tali ſuū ſumāt exordiū:vt omīa calida ab igne
maxime natura calido calida eſſe dicātur:multo igit̃ forti⁹
in homonymis in quibus ſemꝑ quod prius fuerit: natura p̄
ſtantius et perfectius euadit.et cōditionē illā quā ceteris
tribuit(et quā cetera ab eo ſibi vendicant et aſſumūt)altio=
rem natura retinēs.Nimirū igit̃ poſterius et quod imbecil
lioris/infirmioriſq3 nature eſt:a maxime ꝑfectiſſimeq3 vero
ſuā veritatem vendicare atq3 tale dici.Sicut ſi ſol oīm cla
rorum homo nyma cauſa eſſet et omīa clara alia ſole poſte
riora eſſent:illorūq3 claritates ſolis claritudine inferiores/
iꝑfectioreſq3:ſol omniū iure diceret̃ clariſſim⁹. quippe qui
perfectiſſimā oīum claritatē haberet:et que omibus claris
vt clara eſſent cauſa eſſet.et q̄to vicini⁹ quicq̄ a ſole ſuā cla
ritatem ſibi vendicaret et illius maxime magis emulā:tan=
to ipſum clarius nō ab re cenſendū eſſet.et q̄to emin⁹/diſtā
tius atq3 remotius et min⁹ illius emulā:tanto minus clarū
bono iure cenſeretur. ita fili que a maxime vero vicini⁹ ſuā
ſortiunt̃ veritatem et magis illius veriſſime imitatricē (vt
ſupramūdane beate mentes)veriora ſunt. Que vero e lon=
ginquo et min⁹ illius veriſſime affinem et emulā:mi⁹ vera.

Et vt de veritate dictū audiſti:ita quoqꝫ ⁊ de entitate/vni
tate/bonitate/plenitudīe/poteſtate/neceſſitate/ ſapīa/vita ⁊
ceteris trāſcendētibꝰintelligēdū puta.Entia ſiq̄dē a maxīe
ente ſuā ſumūt entitatē:vt dictū e.t a maxīe vero ſuā ſume
re veritatē.⁊ a maximevno ſuā ſibi vendicāt vnitatē/a ma=
xime bono ſuā bonitatē/a pleniſſimo ſuā plenitudinē/a ma=
xime potēte ſuā potētiā/a maxīe neceſſario ſūmaqꝫ eſſendi
neceſſitate:ſuā ſumūt neceſſitatē.ab oīm ſapiētiſſimo ſuam
ſapīam/⁊ a maxīe viuēte ſuā vitā.ita vt vniuerſa ꝙtū vni=
cuiqꝫ cōceſſum eſt ſua entitate ſummā imitent entitatē/ſua
vnitate ſūmā vnitatē/ſua plenitudīe maximā plenitudinē/
ſua bonitate ſūmā bonitatē/ſua veritate ſūmā ⁊ per ſeveri=
tatē/ſua potētia agēdiqꝫ facultate ip̄am quoad poteſt oīpo
tentiā/ſua neceſſitate ſūmā neceſſitatē/⁊ ſuo qualicūqꝫ ſapi
entie ⁊ ꝓuidētie veſtigio ſūmā ſapiam oībus rebus ſuauit
ꝓuidentē/⁊ ſua vita viteue veſtigio illā ſup̄mā vitā ⁊ īmoꝛ
talitatē . Et revera vnaq̄qꝫ res eſt ip̄ius ſūme entis/ſūme
vnius/ſūmi boni/ſūmeveri/ſū me pleni/ſūme potētis/ſūme
neceſſarii/ſūme ſapiētis ⁊ imoꝛtalis:ſpeculū ⁊ ſcriptura ab
illo ſūmo ⁊ maxīo rerū oīm opifice nobis ante oculos ob=
iecta/ſtrataqꝫ:quo ip̄m in illo nature libro ab ip̄o quidē ef=
foꝛmato ſignatoqꝫ legamꝰ/cognoſcamꝰ/cognitū amemꝰ/co
13 gnitū ⁊ amatū frequēter meditemur.¶Attamē nō in oībꝰ
eque iueſtigandus ē:ſꝫ ip̄m pulcherrimū rerū potiꝰin pul=
chꝛis/ꝑfectiſſimū in ꝑfectis/optimū in melioꝛibꝰ⁊ oīno na=
ture dignioꝛibꝰentibꝰa nobis cognitis:ip̄a ſūma maieſtas⁊
dignitas ꝑueſtigāda eſt.In his enī veriꝰ dilucet ip̄a ſūma
entitas/vnitas/bonitas/ꝟitas/ip̄a ſūma plenitudo/ ꝑfectio
ſūma maieſtas/ſūmaqꝫ dignitas:q̄ tantopere nr̄a hec trāſ=
14 mūdana philoſophia deſiderat.¶Sed age dic o neania.nō
ne oīm exiſtētiū p̄ncipia(dico ſūmā entitatē/ ſūmā vnitatē/
ſūmā bonitatē/veritatē:entiū/vnoꝝ/ bonoꝝ ⁊veroꝝ) maxīe
vera ſūt p̄ncipia? Ne.maxīe o Theoꝛetice.⁊ hoc nō mō opi
noꝛ:ſꝫ ſine aliq̄ heſitatōe credo.The.nec iīuria. nā qn̄qꝫ nō
ſunt vera⁊ qn̄qꝫ nō:ſꝫ ſempit̄na ſempit̄neqꝫ ꝟitati ſꝑ ꝯiūcta
quibꝰnullū p̄ncipiū ⁊ nulla cā eſt vlla:ſꝫ oībꝰ ip̄a cauſe ſūt
et p̄ncipia.Et certe has o neania felix q̄ potuit rerū cogno
ſcere cauſas.Ne.has ſcꝫ.ſꝫ o theoꝛetice aut nō ſane ſatſ cō
cipio aut allucinoꝛ.Exiſtimaui enī oīa ad vnū p̄ncipiū re=

uocāda atq; reducēda eē:tu ꝟo michi videris plura ponere ꝛ quidē ſimplr̃ p̄ma:vt q̄bus nullū p̄ncipiū et cā ſit.Thе Marie p̄ma o fili:plura q̄dē nō vt ꝯcipis re atq; ſubſtātia: ſ; rōne ſola cū ea ip̄a eēntia ꝛ ſubiecto ſint vnū imo marie vnū.ſintq; illa ſūma vnitas q̄ nichil aut eē aut excogitari poteſt magis vnū.ꝛ cognoſcere q̄ pacto res ſbiecto ſit vna:rōne ꝟo multa:ad ſapiam pādit itroitū.Et tu memiſti ne pri⁹ a nobis dictū fuiſſe:ſapiam nichil aliud eē q̄ eternarū rōnu; intellectū ꝛ ſciam.Me.i meōriā reuocas.The.Attū nō ē niſi vnū p̄mū ens entiū:ꝛ ſi cōmode dici pōtvniſſimū/optimū veriſſimū/pleniſſimū/potētiſſimū/ſūme neceſſariū/ſapiētiſſimū ꝛ imortale.i oī re i celo ſurſū/in t̃ra ꝛ i abiſſo deorſum ſignatū:ſi nobis ſan⁹legēdi relict⁹eēt oculus.Sit ip̄i⁹ pietas:nobis o neania oculū recludere:q̄ ip̄; cognoſcam⁹Me. ſit oro.The.huic(vt ferūt)enti entiū ſe Ariſtoteles ꝯmēdare ſolebat:ei⁹mīam iplorabat:qđ ꝯfitebat̃/qđ p̄dicabat/ꝓ q̄ tandē exul/dānatuſq; int̃ gētes exteras degebat:tandem in Chalcide peg̃rin⁹:hoc munere mortal̃ vite funct⁹traditur. Quid nos o neania:noſne debem⁹ip̄i ſupplices ꝯmēdare? Me.debem⁹ ſupplices.The.Et ex nūc ꝯmēdam⁹O ens entiū/vnū/optimū/veriſſimū/pleniſſimū/potētiſſimū/ſūme neceſſariū/ſapiētiſſimū/imortale/atq; ſēpit̃nū:pāde nobis ad te viā ꝛ acceſſū:et adiuua qđ nobis ididiſti nāle deſideriū. Sed ꝓficiſcamur pcipis ne hinc fieri vt ſicut res ad eſſe ſe habeāt:ita ꝗq; ad ꝟitatē.Me.michi pcipe videor.nā q̄ p̄ſtantius ſūt:vt nature ētia beata:vicini⁹ab ip̄o mario ēte ꝓdeunt ꝛ manāt:q̄re et vicini⁹/idiſtātiuſq; ab ip̄o marie ꝟo.nō eni aliud ꝛ aliud marie ens ꝛ marie verū ip̄m eſt.The.Et illa eadē ꝯſil̃iq; rōne magis vna ſūt/magis bona/ pleniora potētiora/neceſſariora/ſapiētiora/magiſq; imortalitatis ſorte pticipātia iis ip̄is iferiorib⁹ꝛ caducis:q̄to iis ad horā labentib⁹p̄ſtātiora ſūt entia.Me.Certe.Qđ igit̃ in ſēſibilibus eſt mot⁹/ꝛ ētitatis iſtabilitas:ē illic fugiſſia/ſtabiliſſiaq; ētitas.Et qđ in ſēſibilib⁹q̄dā eſt pluralitas:eſt i celeſtib⁹ vnitas.qđ in ſēſibilib⁹ bonitatis ꝛꝟitat; exile veſtigiū:illic nr̃e bonitatis ꝛꝟitatis exēplar ꝛꝟitas.Attū et i celo ꝛ in t̃ra nō eſt niſi vna ſūma ꝟitas.Me.et vna ētitas vt puto.The.vna ſūma entitas et ita in reliq̄s.ꝛꝓ libera illic plenitudie: nos hic locū et plenitudinē ſortimur occupātē:ꝛ ꝓ vl̃i potentia

ꝑticularē potētiā/reſiſtentiā et reluctamē.pro neceſſitate cō
tingētiā.ꝑ ſapia ignorātiā/et ꝑ imortalitate deficientē vitā
Vide fili q̇d eſt ꝓcul eē a maxio ente.hec mala a natura ibe
cillāq; oī ex ꝑte nature ꝯditionē ideo patimur: ꝗ lōge a p̄
15 mo ēte diſtam⁹:longeq; ab ei⁹ ꝟitatis imitatōe.¶ Hinc co=
gnoſcere ꝓmptū eſt felicitatē et ſūmū bonū iis reb⁹(q̄ hui⁹
ſint capacia)ex ipius ſūmi boni q̇ad fieri pōt aſſimilatōe pē
dere.Et ꝯ:ſūmā miſeriā ex ipius q̇ad fieri pōt diſſiľitudine
et ab eo diſceſſiōe.Fit itē vt vnū ſolū ſit abſolutū ens/vnū
bonū/veꝝ/plenū/potēs/neceſſariū/ſapiēs ⁊ abſolutū viuēs
et ſēpiťnū:qđ ab alio nō habeat ſuā entitatē/bonitatē/vnita
tē/ꝟitatē/plenitudinē/potētiā/neceſſitatē/ſapiam ⁊ vitā.ſed
per ſe ſit ens et vnū:et ita ī ceteris.Cetera aūt oīa nō abſo
lute entia/vna/bona/aut vera dicūť ſ; ab alio et ad alteru;
talia:qꝛ ab ipo ſint ꝟo et ꝑ ſe ente/vno:et ipius abſoluti en
tis/vni⁹/boni/veri/imagīes/ſiľitudies ⁊ ſimulacra quedā.
et certe o amice neania ſi nobis illi⁹ſūmi/abſolutiq; entis/
ſūme vni⁹/ſūmi boni/⁊ veri vnū punctū attingere cōceſſu;
eēt:illa ipa ꝯtēplatōe q̄tū corpus trahētib⁹caducū et mor=
tale fas ē:felices eſſem⁹.Et certe illa dei ētitas/ vnitas/bo
nitas et veritas linea eſt īfinita.et q̇cquid aliud ī celo et in
terra felix eſt:ocul⁹eſt finit⁹:punctū ſolū illius ſūme et ab=
ſolute bonitatis apꝑhendēs:aut qđ ꝑinde ſe habet ad apꝑ=
henſū:vt ad īfinitā/indimēſibilēq; lineā ſeſe habet punctū
Et de⁹ipe ſolus ſeipm vt eſt pleniſſime apꝑhendit: ⁊ ſeipo
ſolus maxīe felix eſt.Quo fit iterū vt ſicut oīa ꝟa a maxie
vero ſuā trahūt veritatē:ita felicia a feliciſſimo ſuā felicita
tē:qui ꝓinde feliciſſim⁹eſt ꝗ ſeipm maxie poſſidet et ſeipm
maxīe cognoſcit/diligit/et ſibiipi maxie cōplacet. ſunt igiť
ceťa felicia ꝗ ipm q̇ad fieri pōt poſſidēt/ꝯtēplāť/ amāt.⁊ ea
ſola voluptate trahunť ꝗq; in hoc ipo ipi ſūme felici aſſi=
milanť. Ne.recte igiť audiuerim ariſtotelē aſſeueraſſe nr̄m
ſūmū bonū ⁊ nr̄am felicitatē in ꝟitatis ꝯtēplatōe cōſiſtere.
The.recte admodū et maxie ꝟitatis:ſ; nos ad ꝓpoſitū re=
16 uocem⁹.¶ Vn̄ nobis veriora hec nature entia cognoſcēdi
adoritur difficultas? Ne. A nr̄i intellectus imbecillitate.
nam ſicut oculi nycticoracum ſeſe habent ad lucem diei:ita
⁊ noſter intellectus ad manifeſtiſſima optima et veriſſima
nature entia. Atqui ꝗ nycticoracum oculi difficultate

diurne lucis hebeteſcũt ac obtundunt maxie quidẽ viſibił:
hoc ex nycticoracũ oculoꝝ infirmitate/ debilitateqꝫ parit.
igit ꝙ noſter itellectꝰ circa manifeſtiſſima et optima et ve=
riſſima nature entia cognoſcẽdi difficultate laborat: hoc eiꝰ
infirmitas/debilitaſqꝫ parit. The. Jta eſt vt ais o neania. ſi
cut enĩ ſenſibile ad ſenſũ ſeſe habet: ita ĩtelligibile ad ĩtel=
lectũ. Et ſicut maxie ſenſibile ad ſenſũ: ita ⁊ maxĩe ĩtelligi=
bile ad ĩtellectũ. Atq̃ ſi maxie ſenſibile a ſenſu nõ ꝑcipiat:
id maxie ſenſibilis iĩuria/culpaqꝫ nõ ꝓuenit ſʒ potiꝰ ip̃ius
ſenſus ĩbecillitate atqꝫ ĩfirmitate: igit et ſi maxĩe ĩtelligibi=
le ab ĩtellectu nõ ꝑcipit: hoc maxie ĩtelligibił culpa nõ fue
rit: ſʒ potiꝰ ip̃ius ĩtellectꝰ ĩfirmitas debilitaſqꝫ. ¶ Que ve= 17
ritati ꝑcipiẽde obluctant ac reſiſtũt? Ne. Jlla q̇nqꝫ q̃ priꝰ
adducta fuerũt. primo ꝯſuetudo audiẽdi falſa/eruditioqꝫ nõ
recta: tũ ꝙ q̃ audire ꝯſueuimꝰ hec eadẽ dici dignamur atqꝫ
admittimꝰ: tum ꝙ ꝯſueta nobis notiora ſũt: incõſueta ꝟo cõ
tra: ignotiora. q̇ itaqꝫ ꝯſuetudinẽ traxerũt audiẽdi falſa: fal
ſa dici dignabunt: falſis aſſentiẽt q̃ et ꝓ notioribꝰ recepta=
bunt. ꝟitas aũt tãq̃ ignotior illos effugiet. diſtorquet igit/
diſturbat/ĩpedimẽtoqꝫ ꝑcipiẽde ꝟitatis huiuſmõi educatio
eſt. The. Et leges ip̃e ꝯſuetudinẽ plurimi momẽti ⁊ effica=
tie ad hoc eſſe oſtẽdunt: q̃ fabulas puerileſqꝫ ĩeptias ob cõ
ſuetudinẽ recipiũt ⁊ ip̃as ꝟitati ãteponũt. Ne. ſcdo recte do
centi aſſentire nolle nos a ꝟitatis ꝑceptõe retrahit. Nã ſin
gula vt materia req̃rit recipiẽda ſũt: neqꝫ oĩm mathemati=
ca certitudo expetẽda eſt. Qui aũt recte docẽti aſſentire re
nitit: nõ ſingula recipit vt vniuſcuiuſqꝫ natura poſtulat ac
req̃rit: diſturbat igit talis a ꝟitatis ꝑceptiõe. The. Jta eſt
o fili. eoꝝ q̃ demõſtrationẽ patiunt ⁊ ſuſtinẽt demonſtratio
expetẽda eſt ⁊ demõſtranti credere oportet: et q̃ analogie ſi
militudinẽ deſiderãt: ea vt decet adducta ꝯtẽti abire debe=
mus. Que ꝑſuaſionẽ qualẽcũqꝫ aliã: ea ſiq̇dẽ ſufficiente ad=
ducta: nos faciles preſtemꝰ oportet. neqꝫ demõſtrationem
neqꝫ analogiã efflagitemꝰ. Sic eni oĩs ꝟitatis facile cõpo=
tes euademꝰ: ⁊ vnũqdqꝫ ꝓ dignitate recipiemꝰ. his tñ tri=
bus ꝓ dignitate rite vti q̃ꝫ difficillimũ puto: viriqꝫ eſſe ĩ oĩs
diſcipline ꝓfeſſiõe ꝯſũmati. Sed iã ꝑge. Ne. Tertio nulli fi
dem p̃ſtare niſi ſenſibile ſit/ſenſibiliue ꝯſtet argumẽto: ꝑci=
piẽde ꝟitatis obluctamẽtũ p̃ſtat. Nã nulli fidẽ p̃ſtare velle:
niſi ſenſu ſenſualiue exẽplo vincamur: ꝑui/ĩpotẽtiſqꝫ ĩgenii

argumētū eſt. At īgenii ꝑuitas et īpotētia nobis nimirū ꝑ=
cipiēde ꝟitatis obex et obluctamētū eſt .nulli igiꝛ fidē p̄ſta=
re niſi ſēſibile ſit ſēſibiliue ꝯſtet argumēto ꝟitati ꝑcipiende
obluctaꝛ/obſtatqꝫ.q̄rto nulla recipe velle niſi alicuiꝰ confir
met auctoritas:ꝟitatis ꝑceptionē itē īpedit. nā nichil recipe
velle niſi alicuiꝰ autoritate firmatū fuerit:q̄dā iudicādi īpo
tētia eſt .iudicādi aūt īpotētia ꝑcipiēde ꝟitatꝭ īpedimēto eſt
vt viſꝰ circa ſēſibile iudicādi īpotētia bonā ꝓfecto ſēſibilꝛ ī=
pedit ꝑceptōeꝫ.nllā igr̄ recipe velle niſi q̄ aliēa firmata auto
ritate fuerit:ꝟitatꝭ ꝑceptōeꝫ īpedit.q̇nto it idē⁊nō poſſe niſi
ꝑua degustare.nā q̇ ſola ꝑua degustare ſufficiūt:nature de=
fectū/obleſimētūqꝫ patiūꝛ⁊itellectꝰ paucitatē.q̇ aūt hec pa
tiūꝛ: a ꝟitatꝭ ꝑceptōe p̄pediūꝛ ꝑide atqꝫ q̇ pupille obleſimē
tū/viſꝰqꝫ paucitatē patiꝛ:q̄ a viſibilꝛ ꝑceptiōe p̄pediꝛ.nō poſ
ſe igiꝛ niſi ꝑua degustare nos a ꝟitatꝭ īpedit ꝑceptōe.The.
18 haud incōueniētes ſilꝛitudies adduxiſti.¶Quibꝰ ḡ ad pul=
chre ꝟitatꝭ ꝑceptionē apparamur atqꝫ bn̄ afficimur? Ne.ho
rū q̇nqꝫ q̄ iā adducta ſūt oppoſitꝭ:ad īpam ꝑcipiēdā īſtrui=
mur/apparamurqꝫ vt ꝯſuetudīe:ꝟa audiēdi ⁊ p̄ceptiōe rcā
recte docēti aſſenſiōe ⁊ obediētia.vniuſcuiuſqꝫ vt mā īpa re
q̇rit ⁊ poſtulat receptione. alta mēte ⁊ potēte iudicio.ſana/
ītegra/illabefctāqꝫ mētꝭ naꝛa.The.rectiſſīe ſic o fili.ſic enī
ꝯria ꝯriis medicamur: ⁊ aduerſus ꝯria ꝯriis reluctamur.et
cui deus hec q̇nqꝫ p̄oribꝰ obicibꝰ aduerſa bn̄ficia ꝯtulerit:ꝑ
cipiēde ꝟitatꝭ p̄ aliis potēs efficieꝛ.det igr̄ tibi o fili q̇ iuuēta
flores:ſanū p̄ceptorē q̇ veris ⁊ pulchris te īſtituat p̄ceptis.
det tibi docilitatē q̄ recte docēti beniuole acq̇eſcas.det vnū
qd̄qꝫ ꝓ dignitate recipe.det altā mētē ⁊ acre iudiciū.det īte
grū/īoffenſū/illabefactūqꝫ ad īpm ꝯtēplādū mētis acumen
Et nō mō tibi hec ſꝫ oībꝰ q̇ deſiderio pulchrarū ſciaꝝ bn̄vtē
di gr̄a rapiūꝛ:nō q̇dē vana ſui oſtētatōe/nō faſtu/ nō ambi=
tiōe/nō rerū caducarū opulēte ꝯgeſtiōis auiditate. hec ꝓfe
cto vilia ſūt ⁊ futuro philoſopho īdigna:⁊ a nr̄is q̊qꝫ p̄ori
bꝰ tātope dānata.Sꝫ nos eo laboremꝰ igenio vt pulchris ad
modū ꝟitatibꝰ illi ꝟitatū regine/ſūme/abſolute(q̊ad nobis
cōcediꝛ)ſilꝛes afformemur.Tale conamē/ īgenuuſqꝫ animꝰ
phōꝝ ſit.Et tātula tibi o fili neania crepuſculo iā nos ſepa
rante dicta ſufficiant.Et ad me cum voles alias redito:et
nūc abi ꝓſpera fortuna comite. Et vale. Ne. Vale ſemper
o Theoretice. Scd̄i dialogi finis.

## Tertius dialogus.

Homophron. Meanias. Theoreticus. Eutycher⁹.

h Eus Meania nobis aſſiſte. Me. Pater. Ho. huius diei amenitas/et aure tẽperies/⁊ grã: excitamentū querūt. Eſt rus eſt lucus eſt ꝓxima luco colonia: illuc me ſolãdi grã trãſfero ⁊ virẽtia loca luſtro. Tu michi comes aſſiſte. nulli dubiū eſt ſpirantẽ florentiū locoꝝ halitū: noſtruꝫ ſuauiꝭ refouere ſpiritū: Me. Optarẽ pater ſꝫ alio ſolandi genere ego plurimū ſoleo. Ho. Quid illud eſt? Me. Ego theoreticū noſtruꝫ vicinū viſo ꝙprimū vacua daꝭ occaſio: ꝗ multa liberalitate michi aperit q̃ðcūqꝫ cognoſcere opeprecium duco. Ego vero eū ip̄m (niſi me ſtricti⁹ tibi aſſidere iubes) mõ viſurus erã. Ho. nõ iubeo fili imo grãs theoretico ago: referãqꝫ ſi poſſim vnq̃ꝫ grãm hanc: ſi tibi doctrinarū aliq̃d liberaliter imptit. Me. imptit ĩdubie. Ho. Abi igiꝭ o fili et ip̄m meo nomine ſaluere iubeo. alterū autẽ ꝗ michi aſſideat comitẽ curabo. Me. faciã. The. diligens iuuẽtus ⁊ honeſtoꝝ cupida: felicẽ ſenectã expectat. video te o homophronis fili: quadã diligẽtia et honeſto deſiderio ad eruditã vitã ꝓperare. Me. O vtinã eruditã o Theoretice hoc optat pater homophron qui ꝙprimū reſciuit te interdū viſendi me cõſuetudinẽ traxiſſe: mirū in modū gauiſus ẽ: ⁊ ꝓ cõcepto gaudio collachrimat⁹: abi inquit o fili ⁊ theoreticū meo noĩe ſaluere iubeto cui grãs ago: ip̄iqꝫ gratiã hanc ſi poſſim aliq̃n vnq̃ꝫ referã. Me rus vna ſecū ductur⁹ erat in vicinos lucos/ vicinoſqꝫ viculos. The. Patres ꝗ ita filiis afficiunꭲ: proboꝝ parẽtū cõmendanꭲ officio nūq̃ꝫ ſua prole dolituri. Et cū multa parentib⁹ debeam⁹: illis ſūmoꝑe debem⁹ ꝙplurima. Sed hec omittam⁹ et ſaluus ſit homophron. nos vero ea quoꝝ grã huc cõuenim⁹: pariter cõtractem⁹. hec puto colloquio ꝑtuliſti paꭲno/hec ruri/hec vicinoꝝ lucoꝝ ⁊ vernãtiū locorum amenitatib⁹ Me. ꝑtuli equidẽ. The. Vis ergo iſ illas (quas tertio libro reſpõdere dixim⁹) q̃ſtiones diſcutiam⁹. Me. noſti q̇d expediat. The. noui equidẽ. et ideo illas nos cõſulto nūc relinq̃m⁹: ip̄as aliq̃n oportuni⁹ vtrinq̃ꝫ diſputaturi. Et nunc ſatiſſit illarū queſtionū formationẽ meõria tenere: et hoc ex loco meminiſſe q̃ſtiões illas vtrinq̃ꝫ ariſtotelẽ diſputaſſe. Me. Nuꝑ ſuo ordine ip̄as mecū ip̄e didici. The. opor-

tune.Trãſeamus igiť ad naturã entis dinoſcendã.Me.trã=
1 ſeam⁹.¶ The.Et nos a queſtiõib⁹auſpicia nr̃a ſumamus
Et primũ ſi tenes q̇d ſit ens effer in mediũ.Me. Ens ē qđ
2 ſubſiſtit.The.ſane.¶Quot ſũt ſubſiſtẽdi modi? Me.Arbi=
troꝛ me reſpõdere debere q̄nqꝫ.Prim⁹eſt cũ quicq̃ ſbſiſtit
ab altero.Scđs cũ ſubſiſtit ſub altero.Terti⁹cũ in altero.
Quart⁹cũ per alterũ et alteri⁹gr̃a.Quint⁹ cũ ſubſiſtit q̇dē
ſed neqꝫ ab altero/ſub altero/in altero/ꝑ alterũ/ alteriuſue
gr̃a.Sed reliqua oĩa ab ip̃o ſubſiſtunt ⁊ ip̃ius gr̃a.The.id
ip̃m debebas o fili:ſꝫ multa ſe offerrēt hic diligēti⁹penſicu
landa.Et qꝛ tēpeſtiue aduenisti nec nos tēpoꝛis indigentia
premit:nos fidenti⁹(etſi lõgiuſculi futuri ſum⁹)aliqua exſe
quemur:hinc oꝛſi.oĩa alia a p̊mo ⁊ maxie ente ab alıo ſub=
ſiſtunt.Et rerũ ſubſtãtiales potētie ſubſiſtũt ſub altero:ſub
ſtantiales actus ⁊ accidētarie affectiões paſſioneſqꝫ oēs in
altero:referenť tamē.nã ſubſtãtiales act⁹ in alıo ſupioꝛi/p̃=
ſtantioꝛiqꝫ mõ ſubſiſtũt:vt ſcꝫ cõſubſtãtiale in cõſubſtãtia=
li q̊ cũ ſimpľr vnũ/ vnãqꝫ cõpletã ſubſtantiã cõſtituit. Ac=
cidentaria aũt affectio in altero eſt:ſꝫ nõ vt ꝯſubſtãtiale in
cõſubſtãtiali ⁊ cũ quo aliq̇d vnũ ſimpľr ꝯſtituere poſſit.Et
cõplete ip̃e ſubſtãtie per alterũ ⁊ alteri⁹gr̃a ſubſiſtũt: et nõ
mõ hoc ſꝫ ab alıo ⁊ ex alıo. Ab altero quidē.nã oĩa preter
primũ ab ip̃o ſubſiſtunt.Ex alıo nã ex potētia.per alterum
qꝛ per actũ:qui nũq̃ ſub p̊mo ſine potētia:neqꝫ potētia ſi=
ne ip̃o ſubſiſtit.et alteri⁹quidē gr̃a.nã oĩa ſummi boni gr̃a
ſunt.Et ſubſiſtere ſub altero/in alıo/ex alıo/ꝑ alteꝝ nunq̃
ſine ſubſiſtētia ab altero et alteri⁹gratia repias.ip̃m aũt p̊
mũ qđ ſumme ens/ſũme vnũ/optimũ ⁊ veriſſimũ dudũ nũ
5 cupauim⁹:ens ip̃m eſt qđ ſubſiſtit.¶Non ab alıo quidē/ſb
altero/in alıo/ꝑ alteꝝ aut alteri⁹gr̃a maxie ens/maxie oĩm
etvere ſubſiſtens/ens entiũ/⁊oĩm entium entitas/quiditas
et veritas oĩm maxie ſubſiſtēs:et ad qđ oēs entium modi
reducēdi ſunt vt oēs ſalubrium modi ad ſanitatē: et longe
profecto verius.quod vt paulo planius tibi conſtet : con=
ſtituamus ſalubrium modos.Salubrium enī hec ſunt ſani=
tatis effectiã/hec ꝯſeruantia/hec ī ſanitatē oꝛdīata.q̊ pacto
ergo ſalubria parãtia ſanitatē:in ip̃aꝫ reducunť? Me.vt cau
ſe(niſi ego ip̃e falloꝛ)in ſuum effectum.The. haud falleris

et quō omīa entia ad maxime ens et oīm primū? Me. potiuſ
vt effectus in ſuā cauſā. The. ꝛ oīm maxie cauſā. vtra ergo
harū reductionū tibi verior videt? Me. ea certe qua effect⁹
in ſuā cauſam reſtituūtur. The. et eo verior quo in oīm ve=
riſſimā ꝛ maximā cauſā. dic rurſum quo pacto ſalubria que
ſanitatē retinent et ſaluāt: in ipām reducūtur? Me. vt cōſer=
uans i ipm ſuū cōſeruatū. The. idipm. quō oīa entia ad ma
xime ens et oīm primū? Me. vt cōſeruata in cōſeruās ipſuȝ.
The. ꝛ oīm maxime ꝯſeruās: vt quod oīa ſaluet/ꝯſeruetqȝ.
vter ergo hoꝝ tibi reductionis modus verior apparet? Me.
quo ꝯſeruata in ſuū cōſeruās reſtituūtur. The. et tanto ve=
rior ꝗto in ſuū ſūmū et maximū. Me. tanto verior. The. rur
ſum ordinata in ſanitatē quo pacto in ipām reducūtur? Me
vt in finē. The. ſed an ipius ſint maxime gr̄a? Me. minime.
nā ſanitas ſummū bonū non eſt. The. et nōne omīa entia eo
dē modo i pmū reducunt? Me. vt in finē ſcȝ. The. ſed an ſic
vt in finē: vt et illi⁹ maxime gr̄a ſint? Me. maxie ⊘ theoreti=
ce: nā id ipm ſummū bonū eſt? The. pbe cōiectaſti. ipm ſū=
me ens/ ſummū bonū eſt. oīm vltim⁹ et optim⁹ finis: et q
in aliū fineȝ minime vnꝗ eſt ordinat⁹. appbendis igit᷑ oīs
modos entis veri⁹ ꝛ lōge quidē in pmū et maxie ens reſti=
tui: ꝗ ſalubriū modos in ſanitatē. Me. appbendo et id qui=
dē michi indubiū eſt. ¶ The. ſed age vtrū ſanū quod multi 4
fariā dicitur nūc in ſe ſuſcipiēs ſanitatē. nūc ſanitatē effice
re/ nūc ſaluare/ nunc deſignare/ atꝗ repſentare: vniuocū ſit
vnicaqȝ rōne dictū necne. Me. haud vnica rōne dictum eſt
The. equiuocū igit᷑ atqȝ homonymū eſt. Me. eſt. The. et ſa=
lubre? Me. itidē vt ſanū. The. et ens cū dicit᷑ nūc de pmo et
maxie ente: nūc de iis que ab ipo ſūt/ ppter ipm et q̄vtcūꝗ
poſſūt ipm mōſtrant/ repn̄tantꝗ: vtrū vniuocū ſit ꝛ eadē rō
ne dictū. Me. minime vt michi videt qui poti⁹ homonymū.
The. et recte quidē ſic eni hoc in loco eo vtimur. et certe ip
ſū pmū ens et ea que ab ipo/ et ppter ipm ſunt nūc ſubſtan=
tie/ nūc accidentia: nulla etiā pportione: magis abinuicē na
ture affinitate recedūt: ꝗ quecūꝗ inter ſe ſalubria aut ſana.
que eni pmi/ maxime entis et infiniti: et ceteroꝝ entiū finito
rū pportio? Me. nulla prorſus videt. The. que ſubſtātie et
accidētis nature vicinitas: vt ipis eadē ratio apta tribuat?
Me. nullā video. The. nūquid cū preſens fueris ſpeculor ip

ſi tuā ſimilitudinē afformas:tibi ⁊tue ſimilitudini idē nomē
et nois eadē ratio eſt:ꝙuis illa tua imago tibi ꝙſimillima
videat.Ne.nomē idē ſed nō rō eadē.nomē quidez Neanias
aut hō.The.homonymū igit nomē neanias ad te et tuā ſili
tudinē.Ne.homonymū.The.et oīa pmi ſilitudines et ſimu
lacra ſūt:magis quidē a ſuo afformāte exemplari diſtantia
ꝙ tu a tua ſilitudine.et accidētia ſubſtantiaꝝ quedā ſūt ve=
ſtigia et velut quedāvmbre:videt ergo tibi iure ſi oīm pri=
mū et cetera poſt ipm:ſubſtātias et accidētia: eodem entis
noie cōplectimur:id nos equiuoce facere. Ne.iure equiuo
ce.The.attū omia ad vnā naturā etvniuocā reuocamꝰatqꝫ
reducimꝰ.Ne.quā? The.es iaz pcedentiū immeor factus?
ad ipm oīm primū et maxime ens. quo fit vt noie entis vt
homonymo:analogo tū(pinde ac medicis ſalubri ⁊ſano)no
bis vtēdū ſit.et cū vocabuli ſignificatio ad pnotionē ( quā
quid ē nūcupāt)attineat:⁊ equocatio/homonymitaſqꝫ ſigni
ficatiōis pōnem ſequatur:id potius nobis vel ſine pbatiōe
recipiendū eſt:ꝙ pſuaderi adnitendum.dictū ſatiſſit hoc in
loco ſic eo eſſe vtēdū.etvtrū aliquis talis ſignificatꝰquo ea
dē rōne omia ſignificet ipſi cōmode aptari queat:nūc miſſū
faciamꝰ.qui ſiquidē vbi effingi apte valeret:nob ad hoc qd
conamur mime neceſſariꝰeſſet . et iis relinquamꝰ exquirē=
duz:qui ſibi aptū fore putant.ſed de hoc abundantiꝰ ꝙ par
5 ſit:nunc autē nos ad alia couertamus.¶Noſti ne⊘ neania
in rebꝰcaducis et in hoc noſtro inferiori mūdo rerū eſſe or=
dinē? Ne.noui equidē.The.quē? Ne.hoīez primū locuz ob
tinere:poſt quē animalia rōnis immunia / poſt ꝙ arbuſta et
plantas et cetera id genus vegetuz/poſtvegetantia lapideſ
metalla et ea que ex terre pfunditate eruunt:poſtquevapo
res/halitus/pluuiā/niuē/grandinē ſpirituz/et cetera que i=
pfecta cōpoſita nuucupant.vltima autē nature loca:elemē=
ta ignis/aer/aqua/terra ſibi vendicāt.et in hac pulchra na=
ture ſerie:ſemp impfectiora preſtātiora reſpiciunt et illoruz
ſunt gra.The.aptꝰnobis eſt iſte inferioꝝ ordo.ſz longe ītel
lige ī ſupioribꝰentibꝰveriorē:quē iſte reꝝ inferiorū ortu oc
caſuqꝫ laborantiū:exiliter admodū et ꝗſi vmbratiliter imi=
tatur . ¶Sz habētne res ſenſibles actū et potentiā? Ne.ha
6 bēt.The.optime et potētie multū: ideo mltaꝝ paſſionū ob=
noxie ſunt/poſſūtqꝫ mlta pati.et paꝝ actꝰ :ideo parū agere

ſufficiũt:ꝛ hinc ꝑticlares agẽtes dicte ſũt.ꝛ hi nr̃i act⁹ꝛ nr̃e
potẽtie:hᵉ actus ꝛ hᵉ potẽtie nõ ſũt ſed veroꝝ actuũ ꝛ po=
tẽtiaꝝ veſtigia/ſimulacra ꝛ vmbre.tu ne plane ita eẽ ꝯſẽtis?
Ne.ꝯſentio plane.ſꝫ O theoretice ſiſte pauliſꝑ: audio foris
Eutycherũ loquẽtē:vis ipm ĩtro accerſam⁹?tot⁹ enĩ gau=
dio ſoluit:quotiẽs de deo pii ĩcidũt ſermões.ſin ĩpii / ĩdig=
niqꝫ:triſtꝭ meret ꝛ lamẽtat ꝛ vidi ipm ꝓ cõcepto gaudio(e u=
demõe patruele meo nõnlla religiõe nr̃a digna loquẽte)plo
rãtẽ.The.aduoca igit ipm.Ne.eutychere potes ĩtrovenire
theoreticũ auditur⁹ vna mecum:nõnlla tibi grata ( vt arbi=
tror)diſſerẽtẽ.Eu.ego hᵒ libẽs.The.aſſide nobis O euty=
chere ꝛ te nobiſcũ exerce.Eu.felicẽ me hac vr̃a collocutio
ne reputabo.The.ego vt aliqd deꝑhẽdas ceptã maťiã vna
cũ neania ꝓſequar.ꝛ cũ qcqꝫ deꝑhenderꝭ aut min⁹ exaĩatuꝫ
aut ꝑperã aſſertũ:nobiſcũ diſputatiõis ꝑticeps agita ¶ Dic 7
age o fili neania nõne q̃ pl⁹ potẽtie hñt min⁹ agũt? Ne.min⁹
The.ꝛ q̃ pluſculũ act⁹:magis.Ne magꝭ.The.ꝛ q̃ iteꝝ plus
act⁹ꝛ min⁹ potẽtie.Ne.iteꝝ magis.The.potẽtia igr̃ agẽdi ĩ
pedit facultatẽ.Ne.ĩpedit.The.qd igit act⁹ ille q̃ in ĩfinitũ
a potẽtia ſemot⁹ euadet? q̃ agẽdi reluctamẽtũ/ ĩpedimẽtũqꝫ
ꝑſtat.Ne.in ĩfinitũ aget:eritqꝫ ĩfinita agẽdi virt⁹ ꝛ potẽtia.
The.recte ꝯiectaſti.fili act⁹ ille ꝓm⁹ puriſſim⁹ꝛ abſolut⁹ac=
tus:eſt ſũme ens/ſũme vn⁹/ſiplicifſim⁹/ſũme bon⁹/ver⁹/ple
nus ꝛ potẽs. ¶ Sꝫ an aliqd poſt ipm ſit ſũme potẽs? Ne.ni 8
chil vt arbitror.nã vnũ ſolũ eſt maxie ens/ſũme vnũ ꝛ bonũ
vt diximᵒ.The.ꝓbe.videt ergo tibi null⁹ alt act⁹ eẽ oĩo pu
rus ꝛ oĩo a potẽtie ꝯſortio ſeiugat⁹.Ne.michi qdẽ id rõna=
bile nimiũ.The.attñ ĩ reb⁹ ſẽſiblib⁹ potẽtia peculiare nomẽ
maťiã ſibi vẽdicat:ꝛ act⁹ formã.Ne.vẽdicãt.The.at ĩ ſupra=
mũdanis potẽtie ꝛ act⁹ nomẽ retinem⁹:q̃ nos pl̃onico ꝛ pe=
ripatetico more ĩterdũ eẽntiã ꝛ eẽ vocem⁹ :potẽtiã ſcꝫ eẽn
tiã:atqꝫ actũ ipꝫ eẽ.Ne.vocem⁹.ꝛ his noib⁹ ꝓmiſcue vtcũqꝫ
voles vtare. ¶ The.ꝓficiſcamur igr̃.reꝝ ĩferioꝝ ordo vt ve 9
ſtigiũ qddã:ſuꝑiorẽ celeſtiũ ordinẽ nobis ĩſinuat. Ne.dictũ
eſt.The.nos ĝ ĩ eoꝝ numero q̃ ſub prĩo ſbſiſtũt:q̃ ab ipo ꝓ=
mũ emanãdi locũ obtinet:ꝓmã mẽtẽ ꝛ ꝓmi ordĩs nũcupem⁹
Ne.nũcupem⁹.The.ꝛ q̃ ſcdm emanandi locũ: ſcdam ꝛ ſcdi
ordinis.quẽadmodũ hõ:mortaliũ ꝓmũ locũ ſibivendicat et
aĩantes rõnis exꝑtes ſcdm.Ne.eſto.The.ꝛ hũc ĩ modũ di=
gere ſi tibi placet nouẽ ordinibus ipas ſuꝑiores btãſqꝫ mẽ=
tes:quẽadmodũ nõnlli oli nõ ſine diuinitatꝭ mlto ꝑſidio di=

ſcreuerũt digniſſie.quero ꝙ id vnũ:an ipe ſupne mẽtes magis ſint vne an poti⁹ſua eẽntia magſ ſitvna an ſuũ eẽ. nõ ei ipas ſolos act⁹eẽ pones.nã vnic⁹ſol⁹ ⁊ pur⁹ act⁹:⁊vnicum purũ imo puriſſimũ eẽ.⁊tãto min⁹ſolaseẽntias atꝫ potẽtiaſ cũ maxie poſt pmũ actiue ſint: vt nõ ab re ꝯtra ꝙꝫ nos vniuerſaliũ efficiẽtiũ noia ſit ſortite:qꝺ poti⁹ipi eẽ ⁊nõ eẽntie ꝯpetit.nichil vicarie rñſionis altnas.Me.qꝫ nichil hẽaꝫ.The eutycher⁹ forte hꝫ qd potiſſimũ ꝑ te rñdeat:q diuie lectiõiſ alioꝝ ſua ꝯſuetudie ſtudioſus ẽ auditor. Eu. nichil oĩno O theoretice.forte qcꝙꝫ hẽrem ſi affuiſſẽ ab ipo diſputatiõis in ſtio.porro cũ neanias reſpõdẽdovicitudieꝫ altnat:haud mi n⁹ ipe me atꝫ tu edocet.The.ſermonẽ igr ad ipm rurſ⁹ cõuerto.dic o neanía an nr̃o ordie mẽtes ille digeſte ſuis potẽtiis ⁊ ſuis actib⁹magſ ſint vne/pſtãtiores/atꝫ meliores. Me qñqdẽ vis vt reſpõdẽdo aliqd afferã:ipe potẽtie magſvne ⁊ ipi act⁹magſvni michi eẽ vident.The.tibi vident.ſit a pria mẽtiũ:ſub prio pmũ locũ ſortita.Me.ſit.The.⁊b eẽntia:cvero ei⁹eẽ.Me.eſto.The.ais eẽntiã b eẽ magisvnã ipa mẽte a itidẽ ⁊ ipm eẽ c:mẽte a magſ vnũ.Me.aio. The.ſꝫ nõne quãto qcꝙꝫ(vt ſubſiſtat)plib⁹eget:min⁹ens tibi eẽ videt:nã idigentia ex diſceſſu ab ipo prio ⁊ ꝑ ſe ſufficiẽtiſſio ente ẽ. Me videt certe.The.at eẽntia b pluriũvt ſubſiſtat ꝙꝫ a egena ẽ. Me.quo pacto.The.nã prio eget eſſe ab alio:a ſe eni neqꝙꝫ ſubſiſtere poteſt ſcꝺo ſub alio nã ſub eẽ:ſine quo ⁊vacua ⁊ocioſa ⁊ ſine vſu aliq ſbſiſteret.tio ipius eẽ grã:nã meli⁹eſſe vt qꝺ abſoluto eẽ et ſiplicíſſio oĩm reꝝ autori:ꝙꝫ ſua eẽntia ſili⁹euadat. qrto eſt toti⁹mẽtis a:grã.quito eſt opti ſũmiqꝫ boni grã.tibi ne hec ꝗa eẽ vident.Me.vident oĩoThe.qnqꝫ igr vt ſbſiſtat eẽntia b:idigẽtias ſuſtinet.Me.quiꝫ ſcꝫ. The. nũc a:totũ ſcꝫ ipm rimemur/explorem⁹ qꝫ.prio ipm ab alio eſt:a q egetvt ſubſiſtat.ſcꝺo ex alio ẽ:nã ex ſua eẽntia.tio ẽ ꝑ altũ:nã ꝑ ſuũ eẽ.qrto ẽ alti⁹ opti ſcꝫ ſũmiqꝫ boni grã:⁊ip ſi⁹qdẽ ſoli⁹grã.aſſẽtis hec ita ſe hr̃e:Me.aſſẽtior.The.neqꝫ eni a ſue eẽntie aut ſui eẽ grã eſt:vt neqꝫ i reb⁹caducis elemẽtuꝫ aut plãtã ſue matie aut ſue forẽ grã eẽ dinoſcis. Me ſile.The ſuſtinet igr a vt ſubſiſtat:ſolũ depẽdẽtias indigẽti aſqꝫ qtuor.Me.ſoluꝫ quatuor.The.et eſſentia b quiqꝫ ſuſtinet.Me.cõceſſuꝫ iã eſt.The.a igr mens tota paucioruꝫ ꝙꝫ b ſua eẽntia vt ſubſiſtat egena:magiſ ens eſt magiſqꝫ ſbſiſtit. Me.michi ꝯcedẽdum eſt.The.et ſi magis ens eſt: et magis

vna/bona/vera et potens:q̄nquidē primo et maxīe enti/ma
xime vni/bono/v̄o et potenti ſimilior eſt.Ne.oportet Thē.
diximꝰ eni vt vnūqđq; ſeſe habet ad eſſe:ꝛ ad vnū/bonū/ve
rū et reliq̄ ſeſe hr̄e.Ne.dictū.Thē.Et faſſus es eēntiā b:to
tius eſſe gr̄a.Ne.verū certe ſicut materia in ſenſibilibꝰ:ip̄o
rū ſenſibiliū gr̄a eſt.Thē.Et eſſe c:etiā totiꝰa:eſſe gr̄a for=
te fateberis.Ne.fatebor equidē ſicut ſenſibiliū forme ip̄oꝝ
ſenſibiliū et totoꝝ etſi caducoꝝ: gr̄a ſūt.nec michi videbor
errare.Thē.ingenue et tāto veriꝰilloꝝ eſſe ſunt gr̄a: q̄to il
la tota bona ſūt eterna ꝛ oīm optimo q̄ſimillima hec vero
tota:bona ſunt caduca et veroꝝ bonoꝝ vmbre et ſub p̄mo
impfectiora pfectioꝝ ꝛ melioꝝ ſunt gr̄a:nō aūt contra pfe=
ctiora gr̄a impfectioꝝ.Ne.Semp natura.Thē.Recte addi
diſti natura.de iis ſiq̄dem q̄ nr̄a inordinatione puerteremꝰ
nō loquor.Nature enī tenor ab optimo ꝛ ordinatiſſimo reꝝ
opifice tributus pulcherrime ordinatꝰpſeuerat:dū aliunde
inordinatio nō pendeat.Eſt igit̄ iterū intelligentia a nō mō
ſua eſſentia b:ſ; et ſuo eſſe c:pfectior ꝛ melior. quare et ma
gis ens/magis vna et magis vera.Ne.ita cōſentaneū vide
tur.Thē.Uides ergo quo pacto mentes ille ſupiores ſuis
ordinibꝰdigeſte:ſuis potentiis et actibꝰmagis ſuntvne/pre
ſtātiores et meliores.Ne.video et me p̄us pperā reſpōden
do cōiectaſſe.Thē.et eq̄ facile vnūqđq; totū ſua potentiaꝛ
ſuo actu p̄ſtare et magis vnū eſſe:oñdere poſſes.Ne.eque.
¶Sed an c eſſe ꝛ actus:ſuo toto ad ſubſiſtendū pluriū ege 10
bat.Thē.Quodāmō.nā eget eſſe ab altero/in altero vt ī ſb
iecto vt in eſſentia et in altero vt in toto vt in itelligentia ꝛ
totius a gr̄a ꝛ optimi ſup̄miq; boni gr̄a.ꝛ ip̄m magis ege=
re vt ſubſiſtat q̄ totū:manifeſtū eſt.Nā a fine q̄ cauſa cau=
ſarū eſt:magisvnūqđq; pendet.Eſt aūt eſſe c ab ip̄o toto a
vt fine dependens:et nō cōtra a ab ip̄o c vt fine.Ne.pcipio
certe ꝛvnūqđq; totū ſuo actu eadē rōe minꝰ depēdere atq;
egere:et vniuſcuiuſq; actū magis.¶Thē.Et pene ſupiore 11
argumento conſtat ipſum eſſe:perfectius eſſe eſſentia/ ma=
gis ens/magis vnum/bonum et verum.nam eſſentia ē ipſi=
us eſſe gratia et ab ipſo vt fine pendet:et non contra. adde
mobile magis pendere a motore:vt qui ſit ſummo enti a q̄
omnia pendent ſimilior:vniuſcuiuſq; autem rei eſſe vt mo=
tor eſt:eſſentia vero vt mobile. ¶ Quo fit vt ſubſtātiarum 12

maxime materia:min⁹ens/ et min⁹ vna cēſenda ſit. vt que
in cōfinio nō eſſe et ꝓpe nichil exiſtat. Me quo pacto. The.
quia ſi cōſtituam⁹ primū et ſummū ens et nō ens extrema:
et om̄s ſubſtātias tū cōpletas tum incōpletas materiā/for=
mam/eſſentias om̄s et eſſe vt media:et harū oīum ſubſtan
tiarū depēdētias/indigentiaſq; numeraueris: nullā prorſ⁹
earū remotiorē a primo et maximo ente et pluriū indigen=
tiorem ipſa materia videbis.quare nulla nō enti vicinior vt
que et rite dicta videatur in cōfinio nō eſſe conſtituta et ad
13 modū prope nichil.¶Hinc fit iterū vt quecūq; materiam
ſortita ſūt:magis nō eſſe q̄ eſſe videant̄:omni incōſtantie/
inſtabilitati et variabilitati obnoxia:et magis ad non eē q̄
ad eſſe prona.et que a materia et materie cōditione que eē
impedit recedunt:veri⁹ſubſiſtunt vt quorū eſſe ſemp̱ et ſta=
bile ſolū appareat. Me.oīno.The.et omis eſſentia quedam
materia eſt.eſt enī omis:ipſius eſſe et actus ſubſterniculum
quoddā.Me.in ꝓportione ſc;.The.mens igit̄ a ſub prīo:mē
tium prima:merito plus eſſe q̄ non eſſe dicenda eſt et ad ſē
per eſſe ꝓcliua/cōſtātiſſima et ſtabiliſſima.Me.merito.The
14 ¶Vis ergo nūc vt ſecūde ſeriei mentiū ſubſiſtendi depen=
dentias perueſtigem⁹.Me.ſequor te quocūq; voles trahen
tem.The.cōcipe igit̄ ipſū primū quod eſt ſup̱ om̄a fons et
origo rerū oīum:vt ſolem:et primā mentiū ſub illo:vt lucē.
ſcdam:vt lumē:et tertiam vt ſplendorē.Me.ita luctor cōci=
pere The.ſol ille ô Meania eternus et inuiſibilis: noſtri
viſibilis ſolis veritas et exemplar ſub ſe verā lucem nō q̄=
dem accidentariā(qualis lux eſt ſenſibilis ſolis)ſed ſubſtan
tialē ꝓducit:primā ſc; creatarū mētiū et ꝑfectiſſimā ⁊ ma
xime oīm infra ip̄m primū:efficacem.cui ſtatim coagēdi cō
municat̄ facultas vt ſol ſenſibilis ſenſibili luci pro ſuo mo
dulo cōmunicat.et ſol ille ſuprem⁹coagente luce lumē pro=
ducit veram et ſubſtantialē lucis ſimilitudinē et ſcdam intel
ligētiā.neq; hoc mireris de illa ſub p̄mo efficaciſſima luce:
q̄nquidem vides non modo ſenſibilem lucē min⁹ efficacem
ſed et oēm rei naturalisvel infimā naturā ſue ſimilitudiniſ
ꝓgignende auidam.et hinc multa nature miracula quāuis
vulgo ignota pendere cōiecta.et primū vna cōproducētib⁹
luce et lumīe celeſtes progignit ſplendores et tertie dignita
tis mētes:ꝓceditq; in tantū iſta diuinorū ſplendoruz ſeries

dum in aliquã vmbrã decumbat que nõ ſit oĩno diuini lu=
minis expers quod in deũ ſuã originẽ verũ rerũ oĩm ſolez
reflectit/recurrit/reſilitqz .ſz tenuiter admodũ vt ſẽſibilis
vmbre flaccidũ ꝛpene deficiẽs lumẽ ĩ ſẽſibilẽ ſolẽ reſilire ſo
let. Eu. O theoretice hanc vmbrã etiã vocas mentẽ? The.
etiam infimã ſcz et noſtrã aĩam que illo quoad poteſt vm=
bratili radio(modo impedita nõ ſit)in ſummã reſilit/recur=
ritqꝫ cõtemplandã entitatem/vnitatẽ/ſummã veritatẽ/boni
tatẽ/plenitudinẽ et oĩum potentiſſimũ autorẽ. Eu.cõcipio.
tu ergo noſtrã aĩmã intelligebas. The.et poſt noſtrã aĩam
ſũt brutorũ anime:que iam diuĩorũ luminũ oĩno ſunt expor=
tes ꝛ vt tenebre ſola lucis illius priuatione ꝛ abſentia in cor
porũ opacitate merſe/nũqꝫ recurrẽtes/ reflectenteſqz ſe in
deum. Eu.nõ indubie.et ideo iure:diuino lumĩe et ſpiritali
capte:cece et tenebre cenſent.nõ tñ ſenſibili et corporeo lu
mine ꝓuant.et nũc tecuz O theoretice(ſi tibi gratũ eſt) ali=
quãtiſper neanie partes agam:neqz neanie moleſtũ ſit qui
me vobiſcuz vna adeſſe voluit:me etiam ſecũ nõnichil im=
partiri laboris et ſtudii.et vbi ꝓpter precedẽtia minꝰ audita
inſufficiens videbor:ſupponat manũ et preſidiũ ferat ami=
co. The.vt vis O eutychere.interim neanias attentione ꝓfi
ciet/poteritqz interdũ ſi neceſſariũ videbit tibi vt requiris
ſuppetias ferre.vis ergo vt reuertamur et ſcđe mentis de=
pendẽtias recludamꝰ. Eu.id cupio. The. quot ꝑma mẽtiũ
ſub ꝑmo dependentias ſuſtinere cognita eſt . Eu.quatuor.
nã ab alio ẽ/ex alio/ꝑ aliud et alteriꝰ gr̃a. The.et ſcđa mẽti
um etiã ne a ꝑmo eſt? Eu.eſt.nã et ab ip̃o ſũt oĩa. The.et
etiã a ꝑma aſſignata mẽte. Eu.dictũ ẽ queẽadmodũ lumẽ a
luce. The.duas ergo vt ab alĩo ſubſiſtat ſuſtinet indigẽtias
Eu.duas:vt que aduobus pendeat The.ꝛquãqꝫ a ꝑmo abſ
qz ꝑma mente manare poteſt :nũqꝫ tamẽ (vt neqꝫ lumẽ a ſo
le ſine lucis medio) emanabit.et eſt ex altero. Eu.eſt. The.
et per alterum. Eu.et hoc. The.et bruta lumĩs diuini expꝫ=
tia et tenebre :homĩs ſunt gr̃a qui nõ nichil diuine illuĩati
onis vt in vmbra participat. Eu.ſũt. The.et que infra bru=
tales tenebras ſũt : ip̃ius homĩs gr̃a ſũt oĩa:et impfecta
ꝑfectiorꝫ/ꝑſtantiorꝫqz gr̃a. Eu.ordo nature eſt . The.et bea
tiſſima illa entia nr̃e ſenſibilis et cõtinuo labentis machine
ordinis cõtinent veritatẽ. Eu.indubie. The.erit ne ergo ſe=

cũda mentiũ p̃me ſuꝑioris mẽtis et ꝑfectiſſime gr̃a:qũqui
dem in his caduciset ad horã labẽtib⁹tenebre(vt ita dicaȝ)
ip̃ius vmbre ſũt gr̃a.Eu.eſt certe:et multo quidem magis.
The.eſt etiã et primi gr̃a . Eu.nimiꝝ nam ei⁹ip̃ius gr̃a ſũt
om̃ia.The.collige ergo nũc ⊘ eutychere dependẽtias/ in=
digentiaſq̃ numera.Eu.ſex ſuſtinet.ab altero duas/ ex alte
ro et per alterũ ſingulas:et alterius gr̃a ſuſtinet itidẽ duaſ
The.et ſuo modo de eius eẽ et eſſentia dicerem⁹.Eu. peni
tus.The.et ita mentiũ tertie dignitatis dependẽtias inue=
ſtigarem⁹:et quarte et quĩte et eſſe ⁊ eſſẽtias vſq̃ ad infimũ
rerũ gradũ.Eu.ſcȝ. The.⁊ in hac inueſtigatiõe ſemꝑ poſte
rius pluriũ egere ſuo priori cõperim⁹ . Eu.ſemꝑ plurium:
15 ¶ The .quo fit vt ſup̃me diuine ſortis mẽtes magis etiaȝ
ſũt/magis vne/bone/et vere/magis plene efficaces/neceſſa
rie/ſapiẽtes magiſq̃ȝ vite ſẽpiterne cõpotes:mox ſcđe dei=
de tertie et ita deinceps vſq̃ ad infimũ entiuȝ graduȝ. Eu.
16 oĩno.¶The.fit etiã vt ſcđarũ eſſe et eſſentie imꝑfectiores
ſint eſſe et eſſentiis p̃marũ:pluſq̃ȝ eſſentie ſcđe habeãt q̃ p̃
me/et tertie q̃ ſcđe.et cõtra:p̃me plus eſſe q̃ ſcđe et ſcđe q̃
tertie.attñ quecunq̃ȝ ſũt in regione lucis plus eſſe q̃ eſſẽtie
participãt:alioquin ad multitudinẽ/diuiſibilitatẽ/et motuȝ
conditiones potentie laberent.¶Sed age quid vni⁹et in=
diuiſibilis oppoſituȝ cenſes? Eu.multa et diuiſibile. The:
nos vnum et indiuiſibile idem eſſe volumus:itidem diuiſi=
bile et multa.quid eiuſdem oppoſitum? Eu.alterum.The.
quid oppoſitum ſimilis.Eu.diſſimile. The.quid ſtatus op
poſitum.Eu.motus.The.tu ad ſingula ſcite et expedite re
ſpondiſti. Eu.hec ex diuinis diſputationibus quibus non=
nunq̃ interfui ita accepi . The .¶Perge igitur cui maxime
vnius natura competit? Eu.primo et maxime enti:⁊ quod
eſt ipſa rerum omnium ſumma vnitas . The. quare et ma=
xime eidem competit indiuiſibilis natura eritq̃ȝ ſumma re=
ruȝ indiuiſibilitas. cui maxime:eiuſdẽ natura ? Eu . primo
enti quod ſemper vnum et idem manens:ſibi ſemper maxi=
me omnium et omnio idem eſt ⁊ rerum identitas. The.cui
maxime:ſimilis natura? Euty.maxime enti quod oĩum eſt
exẽplar et oĩs ſil̃itudinis veritas.The.cui maxĩe ſtat⁹? Eu
itidẽ prĩo enti.nã ip̃m ẽ eťnitas et reꝝ oĩm ſumma ſtabilitas

¶The.an cuiq̃ a primo hec ſincere cōpetere queant? Eu 17
nulli prorſus.The.deficiunt igit̃ cetera om͠ia a ſincera vni
tate/ſimplicitate/identitate/exemplari et ſtabilitate.Eu.o=
portet. The.quaꝑpter ad illoꝝ oppoſita aliq̃ntulum deuer=
gunt.Eu.cōſentaneū eſt.The.mentes igit̃ lucidiſſime regi
onis que magis eſſe/actūq̃ ſequūtur : que et magis ſunt q̃
non ſunt:magis vni⁹ et ſimplicitatis participes ſūt :multitu
dinis autē et diuiſibilitatis min⁹.Item identitatis/ſimilitu
dinis/et ſtatus naturā magis participant:et diuerſi/diſſimi
lis ⁊ mobilitatis min⁹.⁊ homo qui eſt om͠is nature vinculū
ſuperiorū et inferiorū mediū:his elementis vno/multis/in=
diuiſibili/diuiſibili/eodem/altero/ſtatu et motu medio mo=
do cōtemperatus:equalitatis q̃tum fieri poteſt ꝯſonat har
monia.cetera vero infra ipm̃ hoiēm multitudinis/diuiſibi=
litatis/alteritatis/diſſimilitudinis/et motus tenēt exceſſū :
vnitatis autē/indiuiſibilitatis /identitatis / ſimilitudinis et
ſtatus defectū :et oīum maxime ſubſtantiarū ſenſibiliū po=
tentia:vt que iam quedā infinitudo ſit :om͠is diuiſibilitatis
obnoxia/oīno altera vt nichil ipſius capi iam poſſit qđ ſibi=
ipſi oīno ſit idem:*maxime informis et forme formaꝝ et reꝝ*
*exemplari diſſimillima:maxime motui/incōſtantie et inſta=*
bilitati ſubiecta:ita vt iam nullū oīno ſubterfugiat motū. ⁊
ita dicendum eſſe puta de eſſe et nō eſſe/bono et malo/vero
et falſo/pleno et inani/potente et impotēte/neceſſario et cō
tingente/ſapiente et ignaro/viuente et caduco.Eu.affeciſti
me gaudio O Theoretice:cū de vno et multis / indiuiſibili
et diuiſibili/eodem et altero/ſimili/ diſſimili / ſtatu et motu
ita diſſeruiſti. The. ſublimis et ardua que ex illis pendet
O eutychere cōtemplatio:ſed quā ocia noſtra et cū neania
ſuſceptum introductorie diſputationis officiū impreſentia
rum ꝑtractare nō ſinūt. ¶ Proderit tamē Neanie ſepius 18
hec elementa ens/vnū/bonū/verum/plenū/potens/ nece ſſa
rium/ſapiens/viuens:inſup vnū/multa/indiuiſibile/diuiſi=
bile/idem/alterū/ſimile/diſſimile/ſtatum et motū mente re
uoluere :et eam(quā diuina requirūt)ſolerti indagine que=
ritare intelligentiā.nos ergo(ſi vobis gratū eſt)ad aperien
dam litteram ꝯuertamus.¶Eu.venia tua dixerim O the= 19
oretice nōnulla ex dictis michi ſurrepſerūt dubia que ſi pla
cet attendas.The.que illa ſunt? Eu.primū dixiſti potentiā

egere ſubſiſtere ſub altero et actū egere ſubſiſtere in altero Sed hoc michi ingerit difficultatē ꝙ nr̄a aīa deſtituta cor‑ pore ſubſiſtit:nichilominꝰ actus eſt.ſꝫ vbinā tunc i alīo ſub ſiſtit? Scd̄m quo pacto euenit primā mentiū ꝓxime ſub pri mo conſtitutā q̄atuor idigētias ſuſtinere :⁊ cū ſit vicine poſt primū nō ſuſtinere pauciores. Tertiū cū dicas primā men‑ tiū vicine ſub rerū principe conſtitutā plus eſſe ꝙ̄ non eſſe: an illud nō eſſe intelligamꝰ maxīe enti oppoſitū. The. Gra ues ſunt o eutychere he tue difficultates:⁊ que ꝓpenſū la‑ borē requirūt. Sed qr iā diu euagati ſumꝰ:vtcūqꝫ poteri‑
20 mꝰ ꝙ̄ pauciſſimis tui gr̄a ip̄as abſoluere ānitemur. ¶ Pri me igit̄ hunc in modū ſatiſfacimꝰ.nā etſi nr̄a aīa nr̄i corpo ris actus eſt:ip̄a tn̄ ſimplex puruſqꝫ actus nō eſt.nā in ſe ꝓ priū eſſe/ꝓpriāqꝫ eſſentiā retinet. Sed an nō meminiſti tan tope Ariſtotelē conatū fuiſſe oſtēdere:noſtre aīe intellectū eſſe agentē ꝑiter ⁊ intellectū potētie ⁊ capacē. Eu. memini tanꝙ̄ nunc primū legiſſem. The. hoc amice eſt nr̄e aīe pro‑ priū eſſe actū:et ꝓpriā peculiarēqꝫ eſſentiā oſtēdere. Et nō mō id ex ariſtotele req̄re ſꝫ ex varioꝝ tum philoſophoꝝ tū magoꝝ auctoritate. legunt̄ ei Zoroaſter ⁊ Mercuriꝰ terma ximus ſenſiſſe:infimā mentiū ſup̄mo corꝑi adherere ⁊ īfun di:quo tanꝙ̄ medio craſſioribꝰ et dimēſis corporibꝰ copula retur. Sp̄us eni ſimplex vt ſentiūt īmortaliſqꝫ nō alit̄ ꝯpo‑ ſito mortaliqꝫ corpori ꝙ̄ per corpus ſimplex et immortale coaleſcit/cōiungit̄qꝫ. Et Plato aīe attribuit nūc vehiculū nūc currū:q̄ eſſentiā ip̄am ⁊ potentiā fixā/ manentē/ indefi‑ cientēqꝫ ſemꝑ actui aſſeclā et comitē ītelligit. neqꝫ debemꝰ per ſupremū corpus ⁊ īmortale:dimenſū celeſte corpꝰ intel ligere(nō eni vſqueadeo pingui fuerāt īgenio quos natura litterarū ṗmates nobis tribuiſſe videt̄)ſꝫ eſſentiā potētiāqꝫ immortalē:qualē ſuprema entia īmortaliaqꝫ ſub ṗmo poſſi‑ dent.quā et in analogia magi vocāt ſup̄mum corpꝰ:ꝙ ꝑin‑ de ad ſuperioꝝ mentium eſſe ſe habeat:vt inferioꝝ craſſiuſ cula hec corpora ad formas. Que eni inferioꝝ craſſe molis ſunt corpora/fluxa/multiplicia ⁊ caduca : illic eſſentie ſunt ſtabiles/ ſimplices/ īmortaleſqꝫ. Et rationalis anima qua vtraqꝫ natura et ſuperior et inferior conciliatur et que eſt vtriuſqꝫ media:iure vtrāqꝫ potentiam et ſtabilem ⁊ deflu‑ xam ſibi vendicat:vt hac mortalibus coniungatur et a qua

